



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

V Ad fundamenta montium, terra uectibus suis me perpetuo co[n]cluserat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

cogitationes & desperationem peruenit Iona, ex eo quod iram & poenam Dei corporaliter & externe sentiat, quomodo in profundum deiectus sit, & aquis circumseptus, undis & procellis, catarrhactis, & fluctibus obiectus sit, ut supra dixit, & subinde latius percenset, inquit.

III Nam aquæ circundabant me usque ad uitam meam, profundum circumibat me, Alga tegebat caput meum.

Qui de uita mea sperare aliquid possem, aut me consolari, quom aquæ me circumcirca ueluti in medio pelago cœperint, algæq; super me staret, meq; teget? Quod tantum ualet, In margine & littore maris magnorumq; stagnorum, aut pisanarum ripis, carectum & arundinetum esse solet, Qui ergo in mari submersus est, is sub alga & arundine operatus iacet, hoc est, sub aqua in qua crescit alga, Vt quicquid in mari & circum mare est, cum sub se habeat, etiam terra littori contigua, ut sequitur.

V Ad fundamenta montium, terra uentibus suis me perpetuo cōcluserat.

Omnia enim maria, stagna & aquarum profunda in uallibus inter montes consistunt, Iam montium fundamenta, ima uallis & solum sunt in mari, u

bi

## ANNOTATIONES

*bi montes radiabus suis contingūt sese mutuo, Que omnia Iona, ueluti is qui in mari submergitur, diat, qui ad superna cogitat, aut sicut is, qui submergi quēpiam cernit, & finem eius secum recogitat, nam si supra se cogitat, aquarum collectiones supra se uidet, & utrinq; littora, algam ac terram, Quom uero in mare descendit atq; submergitur, æque est illi, ac si inter montes, ad fundum usque caderet, ibi demum in sempiternum terra cum repagulis suis & uectibus continuit & conclusit, hoc est, non secus cogitat quā quòd illic eum manere oporteat, nec unquam inde emergere possit. Quemadmodum enim, qui in carcerem conclusi sunt, uel in turrim intrusi, egredi non possunt, quum ostiū & fenestra conclusa sint, sic & ille in mari permanere cogitur, si descenderit semel, Tum illi terra, id est, montes inter quos mare suos meatus habet, pessulum obdidit, et uectibus eū firmavit, hoc est aquis adeo cœpit & custodiuit, ut nusquam detur exitus, Hic iterum uides, quales habuerit Iona in pisce cogitationes, abi, potus & omnium rerum profecto oblitus egregie fuit, letalibus tantūmodo cogitationibus luctatur, immo de uita omnino desperat, totus existens morti deditus, nec ibi dū inuocandi Dei locus est.*

**Atqui uitam meam ex internitione  
 eduxisti**